

Sabbato infra Domin. I. Quadrag. 173

IV. Tertium, de quo loqui instituit tractat; signa verè iustificationis, quæ recentet ad ea verba: *Surge tolle leetum tuum. & ambula*: quæ tria sunt signa perfectæ sanitatis. à fol. 50. col. 2. vsque ad fol. 52. col. 1.

SABBATO INFRA Dominicam primam Quadrag. sima.

* **SANCTI ANTONII DE PADVA** sermo, in Epistolam, ex cuius visceribus duas eruit instructiones. Primam quidem, vt proximo subueniamus, reuocando seu increpando dyfcosos, confortando pauidos, suscipiendo collapsos. Secundam verò: Vt ad internam reformationem reuocemur; quæ fieri debet culpæ immunitate, veniæ impetratione, gratiæ & beneficij recognitione inspirationum impletione, timoris Dei receptione. à pag. 159. ad pag. 160.

* **S. BERNARDINI SENENSIS** sermo, de sacrâ religione, in Euangel. in quo nouem rationibus probatur melius esse viuere in religione quàm in sæculo, ex S. Bern. quarum. Prima est. Quia homo viuuit purius propter obedientiam, castitatem, paupertatem. Secundo. In eâ cadit rariùs, quia fugit tria quæ ducunt ad casum, vitiosas occasiones, conuersationes, consuetudines. Tertia. Resurgit velociùs, ad quod iuyat lectio, exhortatio, exemplum. Quarta. Incedit cautiùs, religio enim est veræ sapientiæ schola. Quinta. Quiescit securiùs, non enim molestatur sicut sæculares, à statu & regimine sæculari, amore parentali, occupatione mundanâ. Sexta. Irroratur frequentiùs, humilitate, in intellectu: puritate, in affectu: veritate, in effectu. Septima. Purgatur citiùs. Octaua. Moritur confidentiùs, hanc confidentiam dant, multiplicatio bonorum, obseruantia præceptorum & consiliorum, raritas impedimentorum, paucitas malorum. Nona. Præmiatur copiosiùs, ratione

A præceptorum, consiliorum, votorum. Ex quadrag. de Christiana religione, tom. 1. à pag. 88. col. 2. ad pag. 94. col. 1.

Eiusdem, in Euangel. sermo, quo ostenditur Principi in regimine triplicem esse necessariam iustitiam quarum. Prima est. Vigorosa, habens tres gradus humilitatem, quæ fundamentalis radix est totius potentie dominandi; iustitiam, vt corrigat delinquentes; misericordiam, ad iustitiæ rigorem temperandum. Secunda. Amorosa, quæ triplex habet officium sc. honorare diuina & sacra; augmentare deuota; refrenare iniqua. Tertia. Radiosa, per quam sciat subditos gubernare. Huic aduersantur 1. iustitiæ corruptores, sc. ambitiosus, in Domino: adulator in palatio: partialis, in populo: accusator; in thalamo: falsus iudex, in confessorio: auarus, in officio: iniurians clero; concussor, in territorio; inuidiosus, in consortio: inhabilis benefeio & officio; 2. iniustitiæ operadores, vt blasphemus, lusores, vsurarij; 3. iustitiæ subuersores qui sub specie pietatis veritatem iustitiæ persequuntur; hi puniendi ne multiplicentur iniquitates; ne destruat mundus status, & virtuosa vita; ne vt zizania bonos infestent, vt ceteri contremiscant, vt saluetur anima peccatoris, vt domini conformetur iustissimo Domino Deo. Ex quadrag. smali de Euangelio eterno, tom. 2. ad pag. 534. col. 1. ad pag. 542. col. 1.

C Idem, sermone in Euangel. querit. Primo. Qui sint meliores bellatores rustici, an nobiles? & dicit 1. rusticos aptiores ad pugnam, quia faciliùs sufferunt victus paupertatem, quietis asperitatem, vigoris stabilitatem membrorum mobilitatem mortis impauiditatem; 2. nobiles aptiores, quia sciunt abhorre fugam, & habere praudentiam; 3. distinguendum, in bello equestri nobiles meliores esse bellatores: in pugna pedestri, rusticos, quia melius sufferant labores; omnes tamen optime pugnant. Secundo. Qui assimilentur in pugna spiritali rusticis, & nobilibus? & respondet assimilari 1. rusticis, actiuos, quia quotidie exercitantur in